BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 243
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quos reliquerat recurrit quia reprobos mentem poena sua quandoq: inutiliter erudit
ad caritatem. ut iam tunc etiam suos spiritaliter diligant. Quibic dum pec
cata diligerent pese amabant. unde nunc sequitur.
Ait. rogo te ergo pater. ut mittas eum in domum patris mei. habeo enim
quinque fratres. ut testetur illis ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum.
Quam re notandum est. ardentia diuitis quanta ad supplicium cumulantur. ad poenam
namq: suam ei et cognitam seruatur et memoria. Cognoscit enim lazarum quem des
pexit fratrum quoq: suorum meminit quos reliquit. perfecta quippe eius odio de pau
pere non est. si hunc in retributione non cognoscere. et perfecta poena
migne non est. si non hoc quod ipse patitur etiam suis timeret. Ut ergo pecca
tores puniantur amplius in supplicio. et eorum uident gloriam quos contempserunt.
et de illorum etiam poenarum quentur quos mutuo amauerunt. Credendum uero est.
quod ante retributionem extremi iudicii iniusti in requiem quos dam iustos con
spiciunt. ut eos uidentes in gaudio. Non solum de suo supplicio. sed etiam
de illorum bono cruciantur. Iusti uero intorum mentis semper intuentur iniustos.
ut hinc eorum gaudium crescat quam malum est conspiciunt. quod misericordi
ter euasserunt. Tantoq: maiores ereptori suo gratias referent. quan
to uident malis quos ipsi perpeti si essent neglecti potuerunt. Quia qui
creatoris sui claritatem uidet. nihil in creatum agitur quod uidere non possit.
Et ait illi abraham. habent moysen et prophetas. audiant illos.
Sed qui uerba dei despexerat. haec audire non posse suos sequaces existimabat.
unde et respondit diues.
Non pater abraham. sed si quis ex mortuis. ierit ad eos paenitentiam agent.
Cui mox uenerei sententia dicitur.
Si moysen et prophetas non audiunt. neque si quis ex mortuis surrexerit credent.
Quia nimirum qui uerba legis despiciunt. redemptoris praecepta qui ex
mortuis surrexit. Quanto subtiliora sunt. tanto haec difficilius im
plebunt. Et nimirum constat. quia cuius implere dictaren nuuunt.
eiusdem dubio credere recusant. Quem uero iuxta allegoriam. diues
iste qui induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide.
nisi iudaicum populum significat. Qui cultum uitae exterius habuit.
quia accepta legis dicitur ad uitorum usus. et non ad utilitatem. Quid autem
lazarus ulceribus plenus. nisi gentilem populum figuraliter exprimit.
Quidum conuersus ad dominum peccata sua confiteri noluerunt. huic uulnus
incuti fuit. Incuti quippe uulnere uiris auis scribitur.